hec excellenciam vestram decet. Ipsa vero est
nichil illi arduum videri debet. Positi estis
in altum et prospectu terrarum dominii ut exemplo
aliis sitis. vos omnium oculi intuentur omnes
aures audiunt. omnes lingue de vobis loquuntur.
omnes vestri actus et verba pensantur. contendendum
primo vobis est studio ut nichil plebeium
senciatis. nichil vulgare loquamini sed
magnificum animum et excelsa excelsa-
net vos ullis impulsibus fortuna deiciat
nec declinet quidem. que in vos quo maiores
estis eo sepe maiori attingitur apparatu
frustra hec ut honore sic fastigium possideri
nisi serenores et altiores ceteris hominibus
habeatis laboriosum fateor sed vera gloria
et magnus honor sine magno labore
non queritur. hec loquendi utinam et dolendi
finem facio. spero vos quod possum sponte
facturos. utrumque ita sit affectus ego et omnes
qui vestram nomine delegimus observamus
Christus omnipotens vos salvet et conservet in
sua gratia. Ex quadam quinta Augusti mane

q(uod) deceat principem et sit aliud prudentie hominum

de honore

Responsio domini Marchionis ad litteras superscriptas

Scripta et facta per Anthonium Romanum de[illegible] eius Cancellarium

Anxia mente variis concussa doloribus ob casum miserabilem dilectissimi fratris mei
litteris vestris est in talibus lenita dulcioribus